

Michael Cobabus Friedrich Dame

**Disputatio Analytica, Quae exhibet Capitis 7. Epist. prioris ad Cor. Analysis : Cui annexum est, Contra Autorem Systematis Theologici de Prae-Adamitarum hypothesi, & Epistolae, cuius inscriptio est: Synagogis Iudaeorum universis, Quotquot sunt per totum terrarum orbem sparsae. Quod non melior conditio sit Christiani, qui ex Iudeis, quam qui ex gentilibus est natus**

Rostochi[i]: Richelius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn772393559>

Druck Freier  Zugang



Ru Theol 1657

Michael Bobabus  
Friedrich Dame





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772393559/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772393559/phys_0002)

**DFG**

52  
52  
46

I. N. D. J. C.  
**DISPUTATIO ANALYTICA;**  
*Quæ exhibet*  
Capitis 7. Epist. prioris ad Cor.  
**ANALYSIN,**

Cui annexum est,

*Contra*

Autorem Systematis Theologici de Præ-Adamicarum hypothesi, & Epistolæ, cuius inscriptio est;

**S T N A G O G I S**

*Judaorum universis,*

*Quotquot sunt per totum terrarum orbem sparsæ.*

*Qvod non melior conditio sit Christiani, qui ex Judæis, quam qui ex gentilibus est natus.*

*& quam*

**SUB PRÆSIDIO**

**DN. MICHAELIS COBABII**

S. S. Th. D. & P. P. Præceptoris, Promotoris,  
& Fautoris sui ætatem colendi,

*Ad diem 31. Jan. horis antemeridianis in Auditorio Majori  
Publicæ eruditorum disquisitioni submittit*

**FRIDERICUS DAME,  
HOLSATUS.**

 :

ROSTOCHI,

*Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.,  
Anno cœc Iœc LVII.*



# DISPUTATIO ANALYTICA

Exhibens

## Analysis Cap. 7. Ep. I. ad Corinth.

Respon-  
dente  
FRIDERY-  
CO DA-  
ME, Hol-  
sato.

**D**ocuerat Apostolus inter alia, qvòd bonum esset, vito mulierem non attingere. Illud verò cum Corinthii non satis cognitum habebant ob varios casus, & dubia, qvæ hic moveri poterant, ad Apostolum scribunt, & ab illo pertunt, ut objectiones & dubia in Epistola proposita dissolvat. Significatum autem erat illi à familiaribus Chloz, qvòd contentiones essent inter Corinthios, & aliis diceret: ego sum Pauli Discipulus: aliis ego sum Apollinis Discipulus: aliis ego sum Cephæ Discipulus: aliis ego sum Christi Discipulus. Ipsi qvæque innotuerat, Corinthios incestuoso sum privigni cum noverca conjugium tacitos ferre; coram prophano & Ethnico Magistratu non absq;ue magno piorum & impiorum offendiculo litigare, sese mutuo vexare cum magno Ecclesiæ Christi dedecore, & sub prætextu libertatis Christianæ vagis libidinibus, aliisq; sceleribus sese contamineate. Anteq;am igitur ad ipsorum epistolam respondet, illos non tantum hortatur, ut fugiant ejusmodi inanes contentiones, verū etiam reprehendit & acriter objurgat, qvòd affectibus carnalibus indulgentes sese propter dona externa efferant, hominem impurum & horrendo scelere contaminatum ab Ecclesiæ societate non excludant, coram gentilibus vel Magistratu impio altercentur sub libertatis Christianæ prætextu: pro ludo jocoq; non verò pro peccato habent, libidinibus & scortationibus sese dedere. Correctione verò & objurgatione præmissa, respondet cap. 7. ad qvæstiones sive ob-

A

jectiones

jectiones de matrimonio & cœlibatu propositas. Ubi initium facit à Transitione, & indicat, se ad novam materiam transire: nam  
¶ Et j̄ eyeḡ p̄ta pos, de qvib⁹ mihi scripsistis, inquit in principio capit⁹: quasi dicat. Hactenus ego exposui, qvidnam vobis sit faciendum, si pro veris & vivis Christi membris vultis haberetis; nunc respondebo ad ea, in qvib⁹ hærentes meum desideratis iudicium & informationem.

Prima odjectio est generalis, & seqventi enthymemate propinatur:

Mulierem non attingere viro est bonum.

E. Mulierem attingere viro est malum.

Antecedens non indigebat probatione, qvia Apostolus ipse docebat, qyōd cœlebs vita, vel mulierem non attingere esset bonum. Conseqvens probatur, qvia bonum & malum sunt opposita: siigitur mulierem non attingere viro est bonum: Seqvitur, mulierem attingere viro esse malum. Nam mulierem attingere, & mulierem non attingere sunt opposita, oppositorum autem opposita sunt consequentia.

Respondet Apostolus ad conseqvens 1. distingvendo inter id, qvod malum est simpliciter, & qvod malum est secundum qvid. 2. Negando, qvod simpliciter sit malum viro mulierem attingere, qvia (α) conjugium est remedium vitanda scortationis, & extinguit libidinis ardorem. qvod proponit v. 2. Λίαν δὲ τὰς πόρειας ἔχεται τὸν εὐπόρον γυναικαῖον εἶχετω, καὶ ἐγένη τὸν αὐδῆγον εἶχετω. Sed propter stupra vitanda suam quisque uxorem habeat, & suum quæque virum habeat. Ubi matrimonium dicitur esse necessarium, ne cœlebs fiat πόρος, & fœse scortatione contaminet. Nam η πόρεια significat commercium cum scorto, vel prostitutam pudicitiam, qvæ est fugienda: Φεύγεται τὸν πόρειαν inquit Apostolus 1. Cor. 6, 18. τὴν γάρ ἐστι γέλησις τοῦ ἡλέτου, οὐδὲ μαρτυρίου ἀπέχεσθαι οὐδὲ ποτὲ τὸ πόρειον. Hæc enim est voluntas DEI sanctificatio vestra, ut abstineatis à scortatione 1. Thess. 4. vers. 3. (β) Matrimonium contrahitur, ut vir debitam benevolentiam reddat uxori, uxor viro, qvod 1. proponitur v. 3. Τὴν γυναικαν

εἴσαντη

o' aūnē tūd i' Pēlēmūlē ēuēas x̄mēdōrē, o'mōiās j̄ n̄y h̄ ymā  
m̄ ardej. Ubi matrimonium commendatur ab utili propter  
mutuam benevolentiam, qva debet esse inter maritum & uxorem  
ne amor conjugalis lēdatur, & animus viri ab uxore, vel uxor  
à viro ab alienetur. 2. Probat respectu (a) uxor, qvia hæc ita ob-  
sticita est viro, ut sui corporis jus non habeat in potestate, qvod  
proponit vers. 4. i' ywñ t̄ idis c̄wñl̄. c̄x̄ ēz̄orāl̄, i' m̄  
o' aūnē o'mōiās j̄ x̄ aūnē t̄ idis c̄wñl̄. c̄x̄ ēz̄orāl̄, i' m̄  
h̄ ywñ. Uxor proprii corporis jus non habet, sed maritus: simi-  
liter & maritus proprii corporis jus non habet, sed uxor (b) mariti,  
qvia & hic devinctus est uxori & sui corporis jus non habet in po-  
testate, qvod proponit vers. eodem: o'mōiās j̄ aūnē t̄ id's c̄wñl̄.  
c̄x̄ ēz̄orāl̄: similiter & maritus proprii corporis jus vel  
potestatem non habet, sed uxor. Qvibus expositis Corinthii ita  
poterant opponere:

Uxor proprium corpus non habet in potestate sed vir, &  
Vir non habet proprium corpus in potestate, sed uxor.

E. intermittere non possunt benevolentiam conjugalem.

Sed Apostolus respondet ad consequens: 1. Distingvendo inter  
Intermissionem, qvâ conjux conjugem temerè privat, & defraudat  
consuetudine conjugali, atque intermissionem, qvâ conjuges ob-  
pias causas, qvales sunt jejunium & preces, ad certum tempus ex  
consensu non convenient. 2 Concedendo, qvòd priori modo  
non possit, nee debeat intermitti benevolentia conjugalis, qvod  
1. proponit vers. 5. μὴ διστέρητε ἀλλήλους Ne defraudetis vos in-  
vicem. 2. Dissuadet ab inhonesto. Nam διστέρητε significat  
privare, spoliare & defraudare. Objectum autem hujus privati-  
onis est bonum, salutem & pacem conjugalem concernens. Si  
itaque turpe est, vel hostem defraudare deposito, qvomodo noa  
effet turpis, & inhonesta temeraria illa amoris conjugalis privatio  
(b) à necessario. Nam per illam privationem conjuges sese ex-  
ponunt insidiis Diaboli, qui nunquam dormit, sed occasionem  
conjugium sanctam illam D EI ordinationem contaminandi per-  
petuò qvarit, & conjuges, occasione acceptâ, in horrenda præci-  
pitat

v. 4.

v. 5.

A 2

pitat mala, qvod proponit vers. eodem: ἵνα μὴ πεισθεῖτε διαβόλος  
ἀπὸ τοῦ ἀργοτάτου ὑμῶν νεκτεῖτε τοὺς Σατανᾶς πρότερον  
incontinentiam vestram. 3. Negando, qvod posteriori modo  
non possit nec debeat intermitte. Nam illa intermissio fit 1. abs-  
que fraude, 2. utriusque consensu, 3. ob pias causas, qvales sunt  
jejunium & preces, qvæ fiunt, qvando extraordinaria necessitas  
majorem qvandam humilitatem & jejunium postulat, 4. ad cer-  
tum duntaxat tempus, 5. ab Apostolo permititur, non verò im-

peratur, qvæ rationes proponuntur v. 5. 6. Μή δοτούσθε αλλή-  
λας, εἰ μή λίαν ἐπὶ συμφώνησι τοῖς κατέχου, ἵνα χολάζηται νη-  
στός ἢ τῆς περιστολῆς ἢ τῆς πίλης Τοῦτο ἡ αὐτὸς σωματικός. Τέτο-  
ῦ λέγω γάλι, συγγνώματε, οὐ νοέτε Πατέρεγε. Ne fraudetis vos  
invicem, nisi si quid ex consensu ad tempus, ut vacetis jejunio &  
precationi: & rursus convenite in unum. Hoc autem dico se-  
cundum indulgentiam, non juxta præceptum.

Hactenus Apost. respondit ad consequens: nunc progreditur, &  
respondet ad antecedens: Mulierem non attingere est bonum viro. (a)  
Concedendo, qvòd mulierem non attingere qvibusdā bonum sit,  
qvod probat suo exemplo, qviasibi illud bonum fuit, qvod probat  
ex effectu, optat n. ut omnes homines essent sibi similes, & essent

absq; mundi solitudine qvod proponit v. 7. Ἰελὼν γαρ πάντες αν-  
θρώποις εἴησαν γένεσιν Volo omnes homines esse, ut & ipse sum.  
(b) Negando, qvòd mulierem non attingere omnibus sit bonū, qvia  
1. non omnibus datum est à D E O, ut extra matrimonium caste vi-  
vant, qvod proponit vers. eodem: ἀλλὰ ἔντες τῷ ιδίῳ κατεστη-  
χεῖται Ἰησος, οὐ μὴ ἔτως, δε γένετως. Sed unusquisque pro-  
prium donum habet ex D E O, alius quidem sic, alius autem sic.  
2. Cœlibibus & viduis est bonum, & non est bonum. Bonum si ta-  
les manserint uti Paulus, qvod proponit vers. 8. λέγω γένεσις αγα-  
μοῖς ἢ τῷ κηραις, γαλόνι αὐτοῖς ἐστι, εἰσαὶ μετωποῖς ως καρυώ: Di-  
co autem cœlibibus & viduis, bonum eis est, si manserint ut &  
ego. Non est bonum, si se se non contineant, i. e. si animadver-  
terint, qvòd donum continentiz sibi à D E O non sit datum, sed à  
naturâ

naturā incitantur ad congressum appetendum, quod proponit v. 9. v. 9.  
et ɔ̄. Ἐγενέντων τούς γαμούτων quod si se non continent, contrahant matrimonium. 2. Probat vers. eod. nam satius est matrimonium contrahere, quam ura, i. e. præstat in conjugio vivere, quam intus ardere flammis libidinum quod proponit v. eod. Κριτερίον εστι γαμούσαι η πυρεθρα. Ubi verbum πυρεθρα non notat tenuem flammatum cupiditatem, nemo enim tam castus est, quin interdum flamas cupiditatum sentiret, quod etiam fateri coguntur castissimi quique; sed graviores tentationes, quae hominem exponunt scortationis malo, & periculo. 3. Bonum non est illis, qui matrimonio juncti sunt, quod i. proponit implicitè. 2. Probat auctoritate ipsius Christi. Dicit itaq; v. 10. II. Τοις δὲ γαμηλίοις παρεγγέλλω, ἐγώ αὐτὸν οὐ κύριον, γυναῖκα δὲ αὐτοὺς μη χωρίζωσαί. At conjugatis præcipio, non ego, sed Dominus, uxor à viro ne separetur. Ubi distingvit inter præcepta. Quodammodo enim Apostoli ex ore Christi acceperant, quale est hoc: *Uxor à viro ne separetur*. Nam Matth. 19, 9. dicit ipse Christus: dico enim vobis. Qvod quicunque repudiaverit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium: Quædam vero ex ore Christi immediate non acceperant, sed ex generali doctrina de charitate, duce Spiritu Sancto, collegerant, quale est quando Apostolus dicit v. 12. reliqua autem ego dico non Dominus, opinor autem, inquit, in fine capituli, quod ipse Spiritum DEI habeam. 4. Bonum non est fratri uxorem habenti infidelem, vel ad fidem Christianam nondum conversam, quando libens consentit, & ob religionem Christianam non detrectat habitare cum viro Christiano: huic quidem non Dominus sed Paulus dicit: uxorem ne dimittat, quod proponit v. 12. Τοις δὲ λαοῖς ἐγώ λέγω, οὐδὲ Κύριοι: εἰ τοις ἀδελφοῖς γυναικαῖς ἔχει ἄποστολος οὐκέτι μετ' αὐτοῖς, μη ἀφίετω αὐτοῖς. Reliquis autem ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec assentitur, ut habiteret cum illo, ne dimittat eam. 5. Bonum non est uxori Christianæ, quæ habet virum infidelem vel gentilem vel alteri falsæ religioni addictum, quando ipse cupit habitare cum v. 10. II.  
v. 12.

A 3

illa,

illa, qvia & huic non quidem Dominus sed Paulus dicit ne virum  
dimitat, qvod proponit vers. 13. Καὶ γυνὴ ἡ Ἰησοῦς ἀρδεῖ ἄπι-  
στον, τὸ αὐτὸς σωθόντοντο δικαιοῦσεν μετ' αὐτῷ περὶ ἀπίστων αὐτῶν.  
Et mulier qvæ habet maritum infidelem, & is assentitur, ut habitet  
cum ea, ne dimitrat illum. Qibus expositis, Corinthii ita po-  
terant opponere:

Infidelium liberi sunt impuri.

E. Uxorem conversam sive Christianam attingere virum in-  
fidelem, & maritum Christianum attingere mulierem  
infidelem non est bonum.

Y. 13. Respondet itaque (α) ad antecedens 1. Distinguendo inter  
conjugem utramque infidelem, & conjuges quarum vel uxor est in-  
fidelis & nondum Christiana, maritus autem conversus & Christia-  
nus: vel maritus est infidelis & uxor conversa & Christiana.  
2. Negando, qvod posteriorum liberi sint impuri, qvod i. proponit  
implicite, 2. probat vers. 14. Ιησαῖς αὐτῷ εἶτε ἀρδεῖ ἄπιστος εἰ τῇ  
γυναικὶ: οὐ γάρ ιησαῖς αὐτῷ γυνὴ ἡ ἄπιστος εἶτε ἀρδεῖ. Sancti-  
ficatus enim est maritus incredulus per uxorem: & sanctificata  
est uxor incredula per maritum. 3. Concedendo, qvod priorum  
liberi sint impuri, qvod proponit vers. eod. Πατὴρ ἀρδεῖ τὴν πίνα-  
κινα ἀπόφερεν εἴτε alioquin filii vestri immundi essent. (β) Ad  
consequens 1. Distinguendo inter separationem, qvæ sit ex parte  
infidelis, vel ex parte fidelis & conversi sive Christiani. 2. Conce-  
dendo bonum esse non attingere uxorem infidelem vel nondum  
Christianam, si ab illius parte ex odio religionis Christianæ,  
malitiosè facta est separatio qvod i. proponit V. 15. εἶτε ἄπισ-  
τος χωρίζεται, χωρίζεται. Qvod si incredulus discedit, disce-  
dat. 2. Probat vers. eod. Qvia i. τὸ δέδελωτον ὁ ἀδελφὸς οὐ οὐ-  
αδελφὸν εἶτε βίστις. Non est servituti subjectus frater aut  
soror in ejusmodi. 2. DEUS virum aut Sororem non vocavit ut  
cum infideli conjuge, à qvæ malitiosè est desertus, litiget coram  
judice infideli de causa separationis, sed in pace nos vocavit, ut  
tranquillè vivamus, qvod proponit vers. eod. εἶτε ἐπίγειον κέντη-  
κον ιησαῖς ὁ Ιησος. 3. Negando qvod non bonum sit, ut uxor con-  
versa non attingat maritum infidelem, & nondum Christianum,

Y. 15.

qvod 1. proponit implicitè, 2. probat qvia uxoris conversa ignorat, utrum sit virum infidelem servatur, & vir conversus ignorat an uxorem infidelem sit servaturus, & vitæ sanctimonia commoturus illam, ut amplectatur religionem Christianam qvod proponit  
v. 16. Τι γάρ οἶδας γυναι, εἰ τὸ ἀρδεῖ σώσεις; η τί οἶδας ἀρεψ,  
εἰ τὸ γυναικὸς σώτεις. Qui namque scis mulier, an maritum  
scis servatura? aut qui scis vir, an uxorem scis servaturus.

v. 16.

Qibus absolutis Apostolus concludit, & svadet, ut unusqve sicuti ei DEUS, donum partitus est, & ut ipsum Dominus vocavit, ita incedat, atqve dono suo recte utatur, nihilq; supra vires sibi à DEO datas, & contra vocationem suam faciat, qvia 1. à Domino ita vocatus est. 2. à Domino habet donum. 3. Hæc est dispositio Apostoli in omnibus Ecclesiis, ut qvisqve, sive agat cœlibem vitam, sive matrimonium contrarerit, suam observet vocationem, & in illa sicuti Christianum decet, piè vivat. qvod proponit v. 17. Εἰ μὴ ἐκάστῳ ὡς ἐμέρτως ὁ Ἰησος, ἐναγέτω ὡς πεπλικεὶ<sup>ν</sup> ὁ Κύρος, ἔτοι τελεστῶ καὶ ἔτοις εἰ τὸ ἐπικλησιαῖς πάσαις Διάτασσομαι. Sed ut unicuique donum partitus est DEUS, ut unumq; emque vocavit Dominus, ita incedat: & ita in Ecclesiis omnibus dispono. 2. Convertit se ad Judæos & gentiles Christianos, (a) in genere, & docet Christianismum non esse alligatum huic vel illi populo, nihilq; referre, an Christianus sit natus ex Judæis sive gentilibus: qvod 1. proponit v. 18. οὐ πεπλικεὶ νὲ ἐπικλητής; μὴ Ιθακάδως; εἰ ἀκερεύσια νὲ ἐπικλητής; μὴ τείμηθω. Circumcisus aliquis vocatus est? ne attrahat præputium, in præputio aliquis vocatus est? ne circumcidatur. 2 Probat, nam Christi religio vel professio Evangelica non præfert Judæum gentili neq; gentilem Judæo, sed illos commendat, qui piè vivunt, & juxta DEI præcepta ambulant, sive illi habeant præputium, sive sint circumcisii. Nam η ἀκερεύσια εἰδεῖ εἰ, καὶ η ἀκερεύσια εἰδεῖ εἰν, ἀλλὰ τηγορις εἰταλῶν Ἰησος. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio mandatorum DEI.  
svadet itaq; denuo, ut unusq; visque sive sit Judæus, sive  
gentilis in ea vocatione, in qua vocatus est, persistat, sibiq; per-  
suadeat,

v. 17.

v. 18.

v. 19.

svadeat, qvemlibet verum Christianum in qvocunqve vitæ statu  
DEO placere, & veram pietatem posse colere, & exercere, qvod  
proponit v. 20. ἔντος τῇ κλησὶ ἐκλήθη, ἵνα τὴν μάρτυρα.  
Unusqvisqve in ea vocatione, in qva vocatus est, in ea maneat..  
(β) In Specie ad servos Christianos, arbitrantes servitutem esse  
gravem molestiam, & Christiano indignam, eamq; obstat pietati  
& vitæ Christianæ. Nam illos hortatur, ut se se non crucient,  
qvod sint servi, qvod proponit v. 21. Δεῖλος ἐκλήθης μή οὐ  
μελέτω; Servus vocatus es; ne sis anxius. Hic poterat opponi  
Unusqvisqve in ea vocatione debet manere, in qva vo-  
catus est.

E. Servus non debet fieri liber.

Respondet Apostolus ad conseque*n*s. 1. Distinguendo inter li-  
bertatem, qvam servus Christianus legitimè conseqvitur, & liber-  
tatem, qvam accipit per media illegitima. 2. Negando, qvod  
simpliciter non debeat fieri liber, sed si priori modo libertatem  
nancisci potest, cù potius utatur, qvod proponit v. eod. ἀλλὰ διώ-  
σαι ἐλέυθερον θέωδυ, μᾶλλον χειρον, sed si potest etiam liber  
fieri, potius utere. 3. Svadendo ab honesto, ut posteriori modo  
libertatem servus Christianus non expetat, qvia servus Christianus  
1. in Domino est vocatus, 2. est libertus Domini, qvi liber est à ser-  
vitute peccati, Diaboli & mortis æternæ, qvod proponit vers. 22.  
οὐ γάρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δεῖλος. ἀπιλεύθερος Κυρίος ἐσίν: Nam  
qvi in Domino vocatus est servus, libertus est Domini: 4. Disva-  
dendo ab dishonesto, ut servus Christianus per media illicita qvæ-  
rat & expetat libertatem, qvia (α) non is, qvi illegitimè fit liber est  
Servus Christi, sed qvi liber est vocatus, qvod proponit vers. eod.  
ἔμοις γάρ ἐν ἐλέυθερον κληθεὶς δεῖλος ἐστι γενεσίς: Similiter qvi  
liber vocatus est, servus est Christi. (β) Servi pretio sunt empti,  
& nvgine Christi, qvo nihil est pretiosius redempti, qvod pro-  
vers. 23. Μηδὲν ἴγε σωθῆν pretio empti estis. (γ) Per li-  
ceu. illegitimè & absqve Domini vocatione acceptam amit-  
ti libertatem Christianam, & dum desinit esse servus Christi, fit  
serv. hominum, qvalis non debet, nec potest esse servus Chri-  
stianus,

stianus, qvod proponit vers. eod. μὴ γίνεσθε δολοὶ ἀνθρώπων:  
nolite fieri servi hominum.

Responsione, qvā Apostolus respondit ad conseqvens, ab-  
solutā, repeatit antecedens, & ut unusqvisque in ea vocatione ma-  
neat, in qua vocatus est, svadet 1. ab honesto, qvia veri Christiani  
omnes sunt fratres spirituales, sive illi sint servi, vel liberi; Judæi  
vel gentiles; cœlibes vel matrimonio juncti, 2. Ab utili, qvia in  
vocatione, in qua vocatus est, manere, est apud DEUM manere.  
qvod proponit vers. 24. ἔντας οὐτούς σκληρούς, ἀδελφούς, τοὺς λόγους  
μηδέτω πορεγῇ τῷ θεῷ. In quo unusqvisque vocatus est, fratres,  
in hoc maneat apud DEUM. v. 24

Hactenus Apostolus fecit Digressionem rhetoramicam, & ad va-  
rias qvæstiones, qvarum declaratio h̄c erat necessaria, respondit:  
nunc credit ad v. 8. In eo dixerat cœlibibus, & viduis bonum esse,  
si manserint, ut & ipse maneret. Qvia autem illud non probave-  
rat, neqve expoluerat, qvomodo illud sit bonum, & non sit bo-  
num, in eo porro est occupatus, ut satisfaciat illis, qui ita pote-  
rant opponere.

Conjugium non inire cœlibibus est bonum.

E. Conjugium inire cœlibibus est malum.

Antecedens proponitur v. 8. ubi Apostolus docet: cœlibibus  
& viduis bonum esse, si sic manserint. Conseqvens probatur, qvia  
conjugium non inire, & conjugium inire sunt opposita, qvorum  
opposita sunt consequentia. Respondet (a) ad antecedens 1.  
concedendo. Fundamentum autem, qvo illud probat, non est  
DEI mandatum in Veteri Testamento propositum. Nam Moses  
de virginitate servanda nihil præceperat; sed Apostoli sententia  
& consilium, qvod vero non assertur ex humanæ rationis arbitrio,  
sed Spiritus Sancti duco secundum misericordiam, qvā DEUS  
ipso dederat fidum esse, ut tanquam fidelis Christi servus ea doce-  
ret, & scriberet, qvæ vocationi suæ, & voluntati divinæ essent con-  
formia, qvod proponit v. 25. οὐδὲ τὸ μαζικὸν ἀποτελεῖται κατὰ  
τὸν ἔχον. μάζας τὸ διδωμι ὡς ἀλεπυρῶν τὸν κατὰ τὸν  
De virginibus autem imperium Domini non habeo. Sententi-v. 25  
am verè

B

am verò meam hac in re dico, ut cui Dominus per misericordiam  
dederit fidum esse. 2. Distinguendo inter id, qvod bonum est sim-  
pliciter, & qvod bonum est comparatè vel secundùm qvid. 3. Con-  
cedendo, qvod posteriori modo bonum sit conjugium non inire  
qvod proponit v. 26. Νερού ἐν τῷ πατέρι τῷ αὐτοῦ 21οὶ τοῦ  
ἐρεστοῦ ἀνάγκη, ὅτι πατέρι τῷ θεωπότῳ τῷ στρατῷ εἴη. Existimo  
igitur hoc bonum esse propter instantem necessitatem, bonum  
hoc inquam esse homini ita esse. Distinguendum igitur est inter  
illum, qvi alligatus est uxori, & qvi ab illa est solutus. Nam illi  
bonum est, ut non qværat propter instantem necessitatem dissolutionem,  
cui propere Apostolus Iuadet, & injungit, ut, qvando  
periculum & persecutiones instant, atqve Ecclesiæ incumbunt,  
solutionem non qværat. qvod proponit v. 27. Λέλυται γυναικί;  
μή λύται λύσιν. Alligatus es uxori? ne qvære dissolutionem.  
Huic verò svadet, ut propter instantem necessitatem, uxorem non  
qværat, qvod proponit vers. eodem. Λέλυται διπλού γυναικός;  
μή λύται γυναικαί solutus es ab uxore? ne qvære uxorem.

(3) Ad consequens 1. Distinguendo inter malum culpæ, &  
malum pœnæ. 2. Negando, qvod coajugium inire, uxorem du-  
cere, & viro nubere sit malum culpæ, qvod proponit vers. 28.  
Ἐὰν δὲ γῆρας, τὸν ἡμαρτίαν. Καὶ ἐὰν γῆρας ἢ παρθεῖται,  
ἢ κακάπεν. Qvod si etiam duxeris uxorem, non peccasti: & si  
nupserit virgo, non peccavit. 3. Concedendo, qvod vita conju-  
galis secum trahat multa mala pœnæ, multas molestias, & difficul-  
tates, à quibus vita cælebs non ita vexatur, vel etiam plane immu-  
nis est, qvod proponit vers. eodem. Ολίγου δὲ τῆς αρχῆς ἔξοδον  
οἱ Βίγναι. Sed afflictionem in carne habituri sunt, qui sunt hujus-  
modi. Ubi una voce complectitur omnes conjugii molestias, non  
ut cogitemus, unam duntaxat esse afflictionem vitæ conjugalis,  
sed ut piè statuamus, Apostolum specialiter externa conjugii ma-  
la non voluisse commemorare, ut parceret illis, qui vel matrimo-  
nio juncti sunt, vel matrimonium contrahere meditantur, ne ca-  
lamitates matrimonii specialiter persequens, illorum sortem vide-  
retur exasperare: horum autem piūm propositum dissuadere,  
& impe-

& impedire, qvod proponit vers. eodem. ἐγὼ δὲ ὑμῶν Φάσομαι:  
ego verò vobis parco. Ut autem pīz conjuges in suis afflictionib;  
bus animum non abjiciant, sed vitæ conjugalis mala modera-  
tè, & animo tranquillo ferant, i. Docet, illa non esse diurna, sed  
cum ipso tempore, & hominis ætate citò transire qvod proponit  
v. 29. Τέτοιος δὲ Φήμι, ἀδελφοὶ οἱ καὶ τὸ σωματεῖον: Ceterum  
illud dico, fratres, tempus breve est: quasi diceret: calamitati-  
tes matrimonii ob certas causas quidem non commemoro; il-  
lud autem dico, fratres, tempus istatum calamitatum est breve &  
momentaneum. 2. Piis conjugibus certas regulas observandas  
proponit, & dicit Πάτερ εἰπών: Illud reliquum est, & desidera-  
tur, ut, si velint mala conjugii moderatius ferre, sequentes regu-  
las sibi habeant commendatas.

v. 29.

Prima est: Qui habent uxores, sint ut non habentes, qvam proponit  
vers. 29. Καὶ τοιούτοις οἱ μὴ ἔχοντες γυναικεῖς, οἱ μὴ ἔχοντες ὄντες: ut & qui habent uxores, sint ut non habentes. Qvæ regula non  
vult, ut maritus in rebus adversis uxorem, commodam vitæ hu-  
manæ sociam negligat, eiq; ope, cōsilio, & aliis, qvæ vita con-  
jugalis reqvirat, non succurrat, sed ab illa non dependeat, & in il-  
lius gratiam sub prætextu paēis, & tranquillitatis domesticæ, vel  
propter voluptatem, & delicias temporales intermittat, qvod Do-  
minus jubet, ejusq; honori, & voluntati convenit.

Secunda est: Qui flent sint tanquam non flentes, qvam proponit  
v. 30. Καὶ οἱ κλαίοντες, οἱ μὴ κλαίοντες. Qvæ regula vult, ut  
pīz conjuges in rebus adversis cogitent, qvōd habeant in mundo  
suos hostes, atq;e propterea mala vitæ præsentis animosè, & im-  
perterritio animo ferant; ne hostes illa persentiscentes inveni-  
ant, qvo delectentur, & sese oblectent: vel etiam meminerint, af-  
flictiones hujus vitæ esse momentaneas, & apudpios signa divinæ  
gratiae.

v. 30.

Tertia est: Qui gaudent sint tanquam non gaudentes, qvam proponit v. eodem. Καὶ οἱ χαίροντες οἱ μὴ χαίροντες. Hæc regula  
vult, ut pīz conjuges, objecto latitiæ accepto, diligenter perpen-  
dant, qvōd in hac vita nihil sit constans, nihil perpetuum; sed o-  
mnia sint lubrica, & vana.

B 2

Qvarta

**Quarta est:** *Qui emunt sint tanquam non possidentes, quam proponit v. eodem: Καὶ οἱ ἀγελῶντες μὴ γράχωντες.* Hæc regula vult, ut piæ conjuges bona caduca ita possideant, ut cogitent, illa hodie esse in sua; cras verò in alterius potestate. Nam quod Dominus dedit, illud Dominus sèpe solet auferre.

**V. 31.** **Quinta est:** *Qui utuntur hoc mundo sint ut non abutentes, quam proponit vers. 31. Καὶ οἱ χειρίζοντες τὸν κόσμον οὐ μὴ γράχωντες.* Hæc regula vult, ut piæ conjuges, quando conversari coguntur, vel cum illis, qui in mundo serviant, & Christo non adhaerent, ita rem suam agant, & tractent, ne laudent suam conscientiam, neque in mundi vanitate cum illis, qui peccato serviunt, mentem defixam habeant, ne piè honestèq; vivere desinant, & Christum, quo nihil est svaviss, è corde suo amittant. Hujus regulæ usus cum sit rarissimus (quis enim mundo non abutitur?) Apostolus illam non simpliciter profert sicut priores regulas, sed etiam causam subjungit, propter quam piæ conjuges mundo non abutentur, quando dicit v. eodem *περιγένετο τὸ ρεῖνα τὸ κόσμον* 1872: præterit enim species hujus mundi, i. e. splendor, favor, honor & gloria hujus seculi similis est umbræ, flori, sumo, bullæ, & similibus.

**V. 32.** **Sexta regula est:** *Sint absque sollicitudine, quam proponit v. 32. Θέλω δὲ υἱὰς ἀμερίμνως εἶναι.* Volo autem nos absque sollicitudine esse. Hæc regula non vult, ut piæ conjuges nihil carent res divinas, felicitatem publicam, & alia vocationis suæ negotia, sed ut sint absque mundi sollicitudine, quæ animum distrahit, vexat, turbat, torquet, atque inquietum reddit. Ad quam sollicitudinem cum parentes sint proclives: alius enim quærit quomodo placitrus sit uxori: alius nimis occupatus est curis de alenda familia: alii alii mundi vanitatibus vacant; nihil autem magis à pietatis exerereitio avocet, quam per mundi sollicitudinem in varias curas distrahi: Apostolus non simpliciter dicit, ne sitis solliciti, sed volo, vos esse absque sollicitudine, quia illam ipse Salvator serio prohibet, & dissuader (1) ab in honesto. Nam hæc sollicitudo facit, ut velimus duobus Dominis service, & mundo atque DEO placere,

placere, quod est impossibile. Nam nemo, inquit, Dominus noster Jesus Christus potest duobus Dominis servire, aut enim unum habebit odio & alterum diligit: aut uni adhærebit: & alterum contemnet: Duobus Dominis, inquit, nemo potest servire, quales sunt DEUS & Mammon. Nam non poteris, ait Servator, DEO servire, & Maramonæ. Hæc facit, ut obliviouscamur divinæ providentiaz, & oculos non vertamus ad volatilia cœli, quæ non serunt, neque metunt, neque convehunt in horrea; dum non eo, quo decebat, animo perpendimus, illum esse nostrum patrem, qui illa omnia alit, nos verò, quia sumus meliores, & illa longè precellimus, non deseret. Hæc facit, ut simus solliciti de indumento; non verò pie cogitemus, quomodo lilia agri erescant, & non laborent, lilia, quorum pulchritudo, universam Salomonis, qua amictus fuit, superant gloriam. Hæc facit, ut non diligenter expendamus, illum esse nostrum patrem, qui gramen pulchritudine vestit, & parum simus fidentes, patrem nostrum cœlestem multò magis nos curare, quam herbam agri, quæ hodie extat, & cras in clibanum mittitur. Hæc facit, ut Christiani fiant similes gentibus, & non tantum cum illis dicant quid edemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, sed etiam de crastino sint solliciti, non cogitantes, crastinum diem sui ipsius curam esse habitum, & diei suam afflictionem sufficere. (2) Ab utili, quia reddit Christianos similes illis, qui sollicitè cogitant, quomodo addant ad staturam suam cubitum unum. (3) A non necessario, quia pater noster cœlestis novit, quibus indigeamus, atque opus habeamus. Illam autem sollicitudinem, quam solliciti sumus de illis, quæ sunt DEI, nobis quam diligentissime commendatam habeamus, sicut Dominus noster Jesus Christus (1) ab honesto, quia per illam querimus regnum DEI, & illius justitiam. (2) Ab urili, quia sic ista omnia quibus indigeamus, nobis adjiciuntur. Quibus absolutis Apostolo poterat objici.

Cœlebs est absqve sollicitudine; Conjuges autem non sunt absqve sollicitudine.

E. Uxorem ducere, & viro nubere, non est bonum.

B 3

Respon-

Respondet itaque i. ad Antecedens (α) Distinguendo inter  
solicitudinem hujus mundi, & solicitudinem, qvā quis solicitus  
est de iis, qvæ sunt Domini. (β) Concedendo, qvōd cælebs soli-  
citus sit de iis, qvæ sunt Domini. qvod proponit v. 32. ὁ ἄγανθος  
μερικῶς τὸ κυρίου, πῶς δέσθι τῷ κυρίῳ. Qui cælebs est  
solicitus est de iis, qvæ sunt Domini, qvomodo placitur sit Do-  
mino. (γ) Concedendo, qvōd (1) qui duxit uxorem sit solici-  
tus de iis, qvæ sunt mundi, qvod proponit v. 33. ο ἡ γαμήσας με-  
ρικῶς τὸ κύριον, πῶς δέσθι τῇ γυναικὶ. At qui duxit  
uxorem, solicitus est de iis, qvæ sunt mundi, qvomodo placitur sit  
uxori. (2) Qvæ nupta est, sollicita sit de iis qvæ sunt mundi,  
qvod proponit v. 34. μεμέρισται η γυνὴ καὶ η πατέρι, η ἄγα-  
νθος μερικῶς τὸ κυρίου, ίνα η ἀγάπη ηγε σωματικὴ πεύκη,  
η ἡ γαμήσας μερικῶς τὸ κύριον, πῶς δέσθι τῷ αὐτῷ.  
Discretæ sunt, ea qvæ est uxor, & ea qvæ est virgo. &c.

2. Ad Consequevens (α) Distinguendo inter illos qui contine-  
re se possunt, & sese non possunt continere. (β) Negando, qvōd  
illis Christianis, qui donum continentia non habent, non bonum  
sit uxorem ducere, & viro nubere; Nam qvæ Apostolus dixit, ea  
in nostram utilitatem dixit; non ut constringat nostras consci-  
entias, & laqueum nobis injiciat, sed ut decenter, & aptè adhære-  
scamus Domino, illudq; intermittamus, per qvod à Christo Domi-  
no nostro possumus abstrahi, qvod proponit v. 35. Τὸν ἡ μὲν τὸ  
ὑμῶν αὐλῶν αὐτοφέρει λέγω. οὐχ ίνα βέβαιον υμῖν οὐτισμῶν ἀλλὰ  
τοῦτο τὸ εὐαγγελιον καὶ εὐαγγελιον τῷ κυρίῳ ἀπειπάτως. Hoc  
autem ad utilitatem vestram, dico, non ut laqueum vobis injici-  
am, sed ut decenter, & aptè adhærescatis Domino absq; ulla  
distractione.

Svadet itaque (1) ab honesto, ut si quis existimat, sese aliquid  
indecorum in virginem suam committere &c. qvod vult faciat,  
non peccat, qvod proponit v. 36. Εἰ η ἡ αγημονεῖ ὅτι τὸ παρ-  
όντον αὐτὸν τούτος, έπει η παρεργατός, καὶ οὐτε ὄφειλε γινε-  
σθαι, ο τέλος ποιεῖται, οὐχ ἀμαρτώντες γαμεῖτωσι. Si verò quis sese  
existimat aliquid indecorum in virginem suam committere, si  
florem

florem ætatis excedat, & ita debet fieri: quod vult faciat, non peccat: jungantur matrimonio.

(2) Ab Honesto, ut si quis perstat firmus in corde &c. ut servet suam virginem, bene facit, quod proponit v. 37. ὁς δὲ ἐγενέσθαι οὐ τῷ παρελθόντι, μηδέχων αἰώνιον, ἐξουσίαν δὲ ἔχει τοῦ ιδίου ἀπόλυτον, καὶ τοιούτοις οὐ τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τοῦ πεντετελοῦ ἑαυτὸς παράγεντος, παλῶς τοῦ. Qui vero perstat firmus in corde, nec adigitur necessitate, sed in potestate habet propriam voluntatem, & hoc decrevit in corde suo, ut servet suam virginem, benè facit.

Ex hisce cum satis elucescat, quod (1) uxorem ducere, & viro nubere non sit malum simpliciter sed comparatè & alicui. (2)

Cælibatus bonus sit non simpliciter, sed comparatè & alicui: Apostolus tandem concludit & dicit v. 38. ὁσεὶς δὲ ἡ ἀναρρέψεων, παλῶς τοῦ δὲ μηδὲ παρελθόντος ποιεῖ. Itaque qui dat nuptum, bene facit: qui vero non dat nuptum, melius facit. Hisce expositis revertitur Apostolus ad v. 11. In eo dixerat: quod si se se separaverit, maneat cœlebs, aut viro reconciliator: & vir uxorem ne dimittito. Contra hæc verba Apostoli Corinthii ita poterant argu-mentari.

Paulus vult, ut uxor, quæ se se separavit à viro, maneat cœlebs.

E. Uxori licitum est se se separare à viro, si modò maneat cœlebs.

Respondet Apostolus 1. ad Antecedens v. 10. 11. (a) Distinguendo (1) inter separationem, quæ sit temerè, malitiosè, pertinaciter, & contra legem Christi: & inter separationem, quæ cum lege, & voluntate Christi non pugnat. (2) Inter uxorem, quæ cœlebs est liberâ voluntate, vel cui cælibatus est donum DEI: & uxorem, quæ cœlebs est coactè per judicis sententiam, & cui cælibatus est poena. (3) Negando, quod uxor, quæ se se separavit à viro temerè, malitiosè, pertinaciter, & contra Christi præceptum, atque voluntatem, debeat manere cœlebs liberè. Nam isti uxori non Paulus, sed Dominus Iesus Christus præcipit: uxor à viro ne

v. 37.

v. 38.

ro ne sese ipsa separato. Vult itaque Paulus v. 11 ut ejusmodi  
uxor pertinax cælebs maneat coacte per judicis sententiam, aut  
viro juxta Christi præcriptum, vel modo in Ecclesia usitato, recon-  
ciliatur. Quamobrem per modum imperativum, inquit, v. citato  
præterea ἀγαπητοῦ, maneat illa cælebs ἡ τῷ ἀρδεὶ καταλαγῆται  
aut viro reconciliator.

2. Ad Consequens (1) Negando, quia uxor, quamdiu vir vivit,  
non est libera, quod proponit v. 39. γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσα  
ζεύνοντος ἢ ὁ ἄντει αὐτῆς: Uxor alligata est legi, quamdiu vivit vir  
ipsius. (2) Concedendo, quod sit libera, quando maritus ob-  
dormivit, quod (a) proponit v. eodem. εἰσὶν ἣντει μηδὲν ὁ ἄντει  
αὐτῆς, εἰλθέσθαι ἐστίν. Quod si obdormierit vir ipsius, libera est.  
(3) Probat, quia (1) habet libertatem alias nuptias contrahendi,  
quod proponit v. eodem ἐλευθέρα ἐστίν ὁ θελός ταυτίνων. Libi  
Apostolus agit non tam de tempore nubendi, quam de persona,  
cui uxor post vitii obitum nubat. Siqvidem non dicit uxor nubat  
quando voluerit. Ne autem cæco libidinis furore abrepta sine  
precibus, & amicorum consilio, intuitu pecuniae, vel alterius vani-  
tatis, secundas contrahat nuptias. Subjungit Apostolus: μόνον ἐ<sup>π</sup>  
κυρίων, tantum in Domino i. e. sufficiet si in timore DEI, aliis  
mundi vanitatibus posthabitum, denuo matrimonium ineat. (2) Tum cælebs illa est libere, & cælibatus ipsi potest esse DEI donum:  
tum beata est, si contrahit religiosè matrimonium: sed beatior est,  
si ita manet, quod proponit v. 40. Μανεγεωτέρα ἢ ἐστίν εἰσὶν ἔτει  
μέριν. Sed beatior est si ita manet. Cujus assertionis fundamen-  
tum non est lex Christi: (hac enim viduæ non injungit, ut cælebs  
maneat) sed Pauli sententia Spiritus S. duæ proposita quod pro-  
ponit v. eodem. Μανεγεωτέρα ἢ ἐστίν εἰσὶν ἔτει μέριν καὶ τὸ  
εὐλογούμενον. Δοκῶντος γάρ τοι πρενοματικόν εἶναι. Sed beatior est  
si ita maneat, secundum meam sententiam: videor autem mihi  
& ego Spiritum DEI habere.
- Quid analysis absoluta, Qvaritur, An melior sic conditio Christi-  
ani, qui natus est ex Judæis, quam ex gentilibus? Autor System-  
mat. Theologici de PraAdamitarum hypothesi in principio Epi-  
stola,

stolæ, cuius inscriptio est: Synagogis Judæorum universis, qvot-  
qvt sunt per totum terrarum Orbem sparsæ, scribit: Natio sancta  
& electa! filij Adam, qvi fuit filius DEI, atque adeo & ipsi filij DEI  
salutem vestram vobis precatur, nescio quis, atque utinam ex vobis  
unus. Sed longè aliter docet Apostolus Paulus. Ille cap. 7. v. 17.  
Epistolæ i. ad Corinth. convertit sese ad Judæos, & gentiles Chri-  
stianos in genere, & docet, professionem fidei Christianæ non esse  
alligatum huic, vel illi populo, nihilq; referre, an Christiano sit na-  
tus ex Judæis, sive ex gentilibus. qvod proponit v. 18. circumcisus  
aliqvis vocatus est? ne attrahat præputium, in præputio aliqvis  
vocatus est? ne circumcidatur. Nam Christi religio, vel professio  
Evangelica non præfert Judæum gentili, neqve gentilem Judæo,  
sed illos commendat, qvi piè vivunt, & juxta DEI præcepta ambu-  
lant, sive illi sunt præputium, sive circumcisi. Nam circumcisio  
nihil est, & præputium nihil est, sed observatio mandatorum DEI.  
Svadet itaq; ut unusquisq; Christianus, sive origine sit Judæus, sive  
gentilis, in ea vocatione, in qua vocatus est, persistat. Si dicitur me-  
liorem esse conditionem Judæorum propter prærogativam, qvæ  
ipsis est concedenda. Respondet Apostolus in Epistola ad Roma-  
nos c. 2. & (a) docet, eandem esse conditionem Judæorum, & gen-  
tilium, qvia i. non est personarum respectus apud DEUM v. 11.  
2. Idem exitus manet illos, qvi in lege peccarunt, & qvi sine lege  
peccarunt v. 12. (B) Refutat Judæos, qvi sese preferebant gentili-  
bus propterea, qvod i. audirent legem Mosis, Ethnici autem illâ  
essent destituti, 2. essent Judæi, 3. acqviescerent in lege DEI, glori-  
arentur in DEO &c. gentiles autem essent imperiti, insipientes, in  
tenebris versantes &c. 4. essent circumcisi, Gentiles autem incir-  
cumcisi. Nam i. negat qvod gentiles sint destituti lege v. 15. 2.  
Svadet Judæis, ut non glorieantur, qvod sint Judæi v. 28. 3. Probat,  
qvod Judæi non sint duces eæcorum in tenebris versantium &c.  
v. 21. 22. 23. &c. 4. Probat, qvod circumcisio externa non prodit  
v. 25. 26. &c. (y) Affirmativâ Judæorum sententiâ de prærogativa  
refutata atque rejectâ, negativam ex Scriptura Sacra Apostolus  
defendit, & ita argumentatur:

Judæi,

Judæi & Græci omnes sunt sub peccato.

E. Judæi nullo modo præcellunt.

*Antecedens* i. proponit cap. 3. v. 9. 2. Probat Scripturæ testimoniis, quando immediatè subjungit: Sicut scriptum est: Non est justus, ne unus quidem. Non est, qui intelligit, non est, qui exquirat DEUM. Omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui exerceat bonitatem, non est usque ad unum. Sepulcrum apertum guttur eorum. Qvorum os execratione, & amarulentia plenum est. Veloces pedes illorum, ad effundendum sanguinem. Contritio, & calamitas in viis eorum. Et viam pacis non cognoverunt. Non est timor DEI coram oculis eorum. *Consequens* proponit v. 9. Quid igitur? præcellimus? nullo modo. Si vero dicitur.

Scriptura in citatis locis non loquitur de Judæis, sed gentibus.

E. Scriptura in citatis locis non infringit Judæorum præcellentium.

Respondet Apostolus ad Antecedens. Scimus autem, quod quæcunque lex dicit, illa omnibus hominibus dicit, ut nemo præcellat, sed omne os obturetur, & totus mundus obnoxius fiat DEO v. 19. Nulla itaque est Judæorum prærogativa, quæ potuit movere Autorem Systematis Theol. de PræAdamitarum hypothesisi, ut scriberet Synagogis Judæorum universis, quotquot sunt per totum terrarum orbem sparsæ. Salutem vestram vobis precatur, nescio quis, atque utinam ex vobis unus. Nam non est Judæus, neque Græcus, non est Servus neque liber, non est masculus, ac foemina: Omnes enim vos unus es sis in Christo Iesu. Quod si vos es sis Christi, ergo Abrahami semen es sis, & secundum promissionem hæredes, docet Paulus in Epistola ad Galat. cap. 3. v. 28. 29.

Qui itaque vult unus esse ex Judæis: ille saltem id agat, ut Christum habeat, & sequatur. Sic erit semen Abrahami, & secundum promissionem hæres.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772393559/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772393559/phys_0023)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772393559/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772393559/phys_0024)



& impedire, qvod proponit vers. eodem. εγώ δὲ υπέρ  
ego verò vobis parco. Ut autem pīæ conjuges in  
bus animum non abjiciant, sed vitaæ conjugalis  
tē, & animo tranqullo ferant, i. Docet, illa non esse  
cum ipso tempore, & hominis ætate citò transire  
v. 29, Τέτοιοί Φίλι, ἀδελφοί οἱ καὶ τοῦ σωματολι-  
rum illud dico, fratres, tempus breve est: quasi di-  
cates matrimonii ob certas causas qvidem non con-  
lud autem dico, fratres, tempus istarum calamitatis  
momentaneum. 2. Piis conjugibus certas regulae  
proponit, & dicit πολὺν εἶτα: Illud reliquum ei-  
tur, ut, si velint mala conjugii moderatius ferre, se-  
las sibi habeant commendatas.

Prima est: *Qui habent uxores, sint ut non habentes.*  
nisi vers. 29. Καὶ οἱ οὐκέτε οἱ ἔχοντες γυναικας, οὐ μόνον  
ut & qui habent uxores, sint ut non habentes. Quia  
vult, ut maritus in rebus adversis uxorem, commo-  
dum & sociam negligat, eiq; ope, consilio, & aliis  
conjugalis reqvirat, non succurrat, sed ab illa non deper-  
lius gratiam sub praetextu pacis, & tranqvillitatis dicit  
propter voluptatem, & delicias temporales intermit-  
minus jubet, ejusq; honori, & voluntati convenit.

Secunda est: *Qui flent sint tanquam non flentes, q-*  
**V. 30.** Καὶ οἱ οὐλεύοντες, οὐ μὴ οὐλεύοντες. Quid re-  
pīæ conjuges in rebus adversis cogitent, qvod habeant  
suos hostes, atque propterea mala vita præsentis ac  
perterritio animo ferant; ne hostes illa persentiscant,  
qvo delectentur, & sese oblectent: vel etiam mi-  
flictiones hujus vitaæ esse momentaneas, & apud pīa  
gratia.

Tertia est: *Qui gaudent sint tanquam non gauden-*  
ponit v. eodem. Καὶ οἱ χαιροντες οὐ μὴ χαιροντες  
vult, ut pīæ conjuges, objecto lātitiae accepto, dilig-  
dant, qvod in hac vita nihil sit constans, nihil perpe-  
mnia sint lubrica, & vana. B 2

the scale towards document

v. 29.

v. 30




Image Engineering Scan Reference Chart JE63 Serial No. \_\_\_\_\_